



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 7. De adimptione satisfactionis, seu pœnitentiæ à Confessario  
impositæ,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78322)



vel illa remedia. In particularibus vero poenitentis imponendis pro particularibus peccatis, poterit dirigi tum antea propofitis: tum etiam canonibus poenitentialibus, in eum finem defcriptis in proximè præcedenti capite. De cæteris quæ particulariter circa nonnulla sunt obferuanda dicendū erit fuis locis, cum ex instituto quæ obferuandorum sunt propria tractabuntur in fequenti parte tertia.

## CAPVT VII.

De adimpletione fatisfactionis, feu poenitentia à Confessario impofita.

## S V M M A R I V M.

- 75 Improporionatam fatisfactionem fibi impofitam non tenetur Poenitens implere. Nec etiam proporionatam, cum confiteri abfolu-  
tionem datam, fuiffe in alidam.
- 76 Acceptatam fatisfactionem legitimam non implere, fine veniale an mortale, & quod non ficut confilij est impofitam fatisfactionem acceptare: fic est acceptatam implere, fed neceffaria.
- 77 Eam non implere per obliuionem, aut negligentiam: nifi obliuio fit affectata & negligentia grauis, non est peccatum mortale. Nec item cum impofita est pro peccatis venialibus, aut pro mortalibus iam alias rite confefus: nifi fit grauis, impofita iufta aliqua de caufa. Nec demum cum pro mortalibus leuis impofita fuerit.
- 78 Satisfactio præcepta à Confessario per modum monitionis, de eo ad quod Poenitens tenetur, non inducit obligationem.
- 79 Quid fit iudicandum de fatisfactione non impleta eo tempore, pro quo impofita est. Quod idem de fatisfactioni ftatim implenda.
- 80 Satisfactionem, vt in medicinam inftituitur, Poenitens per fe tantum implere potest: vt vero inftituitur in foluionem poenæ peccatis debita, potest tum per fe, tum per alium de confenfu Confessarij.
- 81 Ex iufta caufa potest Confessarius fuo Poenitenti imponere fatisfactionem implendam fuae per feipfam fuae per alium. Ex requifita vt fructuofa fit fatisfactio vnus pro alio: qua funt charitas, & ratio-  
nabile caufa.
- 82 Debet Poenitens effe abfolutè paratus per fe exequi iuftam fatisfactionem à fe acceptatam: neque pro ipfo fufcepta ab alio, valet ei fi non impleatur. Nec eadem operari potest quis pro fe & pro alio fatisfacere: atque rationes cur non debeat facile Confessarius fatisfactionem imponere per alium implendam.
- 83 Quando poffit aut non poffit Confessarius Poenitentem obligare ad implendam fatisfactionem priusquam abfoluatur.
- 84 Ad Sacramenti integritatem valere potest fatisfactio facta in peccato mortali. Satisfactioque facta in peccato mortali non fortitur quidem effectum fuum remiffionis poenæ, manent tamen ftatu: eo tamen mutato in ftatum gratia, probabile eft fortiri.

Quæftio prima occurrit, An peccet qui impofitam à Confessario, & à fe acceptatam fatisfactionem, Poenitenti amue non implet.

75.

**A**D hanc communiter refpondetur, non peccare, fi cõfiteri ei, quod impofitio contineat intolerabilem errorem: vt cenfetur, cum fatisfactio est nimis improporionata peccatis confefsis, aut Poenitenti ipfi. Tunc enim ea tanquã fententia iniufta, non ligat. Sic tenentes authores refert Henríquez in fua fuma lib. 5. cap. 22. §. 3. lit. O. in margine. Immo ne fi quidem proporionata fit, fed Poenitenti ipfi confter abfoluionem fibi datam fuiffe inualidam. Pro quo idem Henríquez in feq. §. 7. duas rationes adfert. Prior eft, quod acceptata fit fatisfactio, fub conditione compenfationis, per illius fructum. Pofterior eft, quod fecunda fententia non obliget, cū non obligat primaria: præfertim in hac re, in qua abfoluionem exiftente inualida, percipi nequit fructus fatisfactionis Sacramentalis: qui nullus eft, nifi repetita de nouo confef-  
fione cum impofitione fatisfactionis, accipiat abfolutio Sacramentalis valida.

76.

Extra eos cafus autem, ac quando impofita fuerit fatisfactio legitima, eum qui acceptatam non implet, peccare doctores contentiunt quidem: fed de grauitate peccati difsentiant. Nam Caiet. in tono 1. opus. tract. 6. quæft. 2. ad 2. exiftimat peccare folum venialiter, dum modo contemptus abfit: cui Fumus affentitur in verbo Satisfactio. um. 5. Fundamentum i-  
plorum eft, quod iatisfactio fit folutio poenæ temporalis, que

fi hic non foluatur, foluetur in Purgatorio: ideoque illius omiffio nõ excludit à regno cælorum. Multi verò alij, tam recentiores quam antiquiores, quos commemorat Alphonus à Vivaldo in priore parte Candel. aurei, cap. De fatisfactione, nu. 26. fentunt mortaliter peccare eum qui pro fuis peccatis mortalibus à Confessario impofitam fibi & à fe acceptatam fatisfactionem notabiliter magnam, non implet, omitendo eam fcilicet ac voluntariè. Nam in materia graui peccat, & ideo mortaliter: perinde ac in voti violatione peccat quis, cum nec paruitas rei nec indeliberatio excufat. Multa autem infinuantur in hac fententia, quæ vt obferuatione digna pro praxi, tradenda funt plenius & apertius.

Primum eft quod quamuis ex præced. num. 15. liberum fit Poenitenti recufare vel admittere Poenitentiam à Confessario impofitam: poftquam tamen præceptam (fecus fi tantum confultam) acceptauerit obligatur eam implere, non eo tantum nomine, quod acceptauerit: fed etiam quod ad eam obligatus fit à Confessario, qui perinde poteftatem ligandi habet ac foluendi, ex definitione Concilij Trident. feff. 14. cap. 8. & Can. 15. & cuius fententia non minorem habet vim in foro interno, quam alterius Iudicis fententia in foro externo: quæ implenda eft fub mortali; vt patet ex graui poenæ, quæ non implenti iniungitur in cap. 2. de maioris. & obediens. Itaque vt vouere confilij eft, & reddere votum femel nuncupatum, eft præcepti ex cap. Magna. De voto & voti redempt. ita acceptate poenitentiam iniunctam liberum quidem eft Poenitenti, dummodo velit hic vel in purgatorio aliter fatisfacere; & attamen acceptatam implere tenetur.

Secundum eft: fi fatisfactionem impofitam contingat nõ impleri per obliuionem vel negligentiam leuem, id non effe putandum peccatum mortale: nam obliuio nifi fit affectata ponitur inter fpecies ignoratiõis excufantis à peccato mortali: tanquam impedimentum plenæ libertatis in agendo vel omitendo. Deinde cum negligentia, quã id omititur quod debet & potest fieri, dicitur effe peccatum mortale: intelligendum eft de negligentia notabili: vt ab alijs notatum refert Nauarr. ad cap. Contrarium de poenitent. diftinct. 5. num. 18. Et ratio effe potest, quod ne quidem homo, amicitiam initiam cum homine, rationabiliter fcindat ob leuem ipfius negligentiam.

Tertium eft: non implere poenitentiam, tantum pro venialibus impofitam, fi abfit contemptus, non effe communiter peccatum mortale. Hoc Nauarr. expreffit in Enchir. cap. 21. nu. 43. Cuius ratio effe potest, quod peccato leui, proporionata fit fatisfactio leuis, feu non magna notabiliter. Cui verò dictum fit, communiter, ratio eft quod interdum Confessarius iufta de caufa imponat magnam poenitentiam pro aliquibus venialibus, eo quod tali remedio opus fit ad euitandum aliquod graue malum aliquo fecuturum. Nec obftat, quod Confessarius debeat fatisfactionem imponere fecundum qualitatē peccatorum, ex Concilij Trident. feff. 14. cap. 8. quia potest interdum contingere, vt peccatum veniale quod eft in fe leue, fit graue in fuo effectu: quia nifi emendetur generaturum eft aliquod graue malum. Sic (vt habet Henríquez in fua fuma lib. 5. cap. 20. §. 3. Religiofo pro multis & periculofis venialibus peccatis, dignè imponitur grauis poenitentia claue non errante. Hocque dictum de venialibus, pariter dici potest (quod idem author infinuat ibidem, & ex Soto & alijs habet Suarez. tom. 4. difpu. 38. feft. 7. num. 5.) de mortalibus iam alias debite confefsis, pro quibus tanquam non amplius excludentibus à gratia Dei, leuis fatisfactio, vt & pro venialibus, communiter imponenda eft. Quanquam iufta de caufa, vt cum quis inftituit confeflionem generalem totius vite, grauem imponi nihil obftat.

Quartum eft: nec peccatum mortale effe fatisfactionem non implere, fi impofita fit quidè pro mortalibus, fed leuis: vt fieri potest ob poenitentis infirmitatem. Itud fententiam cõmunem effe habet Henríquez in fequenti §. 4. lit. M. Ratio autè eft, quam habet Suarez in cir. nu. 5. quia licet caufa tuic fit grauis, tamen materia præcepti non eft fufficiens ad tantã obligationem vt patet: quia fi illa effer materia partialis, omiffio illius nõ effer mortalis ob materia paruitatē. Ergo neq; eft, licet fit totalis. Idem iudicium eft, vt ex Medina idem Suarez addit, fi Confessarius, etiam fi grauem fatisfactionem imponat, velit tamen Poenitentem obligare folummodo fub venia-



li. Quod posse probatur argumento à minori ad maius: quia iuxta antecedentia num. 17. & 18. potest eam imponere tantum confitendo, atque a deo sine obligatione.

His pro praxi adde primò, quod in citato num. 43. habet Nauarrus, si Confessarius Pœnitenti præcipiat satisfactionem aliquam non in redemptionem pœnæ in Purgatorio pro peccatis suis luendæ, sed in monitione eius ad quod reatur: vt si præcipiat ne in posterum omitat annuam confessionem, & communionem, aut vt restituat quod iniuste retinet, aut aliud eiusmodi, ad quod sub mortali tenetur etiam si à Confessario non iniungatur; tale quid non implere, esse quidem peccatum mortale: sed non aliud quam esset, si non præciperetur à Confessario.

Adde secundo, si Confessarius designet tempus intra quod implenda est satisfactio, vt cum iniungit ieiunium duorum dierum in proximè sequenti hebdomada, illam esse implendam intra illud tempus; si que forè intra illud non impleatur, non ideo cessare obligationem implendi; sicut cessat in præceptis ieiunij Ecclesiastici, vel audiendi Missam die festo, quando tempus assignatum effluxit. Ratio est, quia intentio Confessarij in imponenda pœnitentia, est satisfactio pro peccatis, cui tempus assignat solum, ne diutius differatur, nullo urgente causa iusta. Quamquam tamen si vt ieiunium Ecclesiasticum, sic & satisfactio imponatur in honorem determinati temporis: vt si in honorem festorum Beate Mariæ Virginis imponatur ieiunium seruandum in eorum vigiliis; quia erit onus diei, perinde ac ieiunium Ecclesiasticum; si quis illud omiserit, non tenebitur supplere alio die. Quæ doctrina est eiusdem Nauar. in Enchir. cap. 12. numero 54.

Adde tertio, quod habet Henriquez in citat. lib. 5. cap. 22. §. 6. si Confessarius non designarit certum tempus, Pœnitentem esse liberio rem ad differendam satisfactionem: quia si contritionis & confessionis præcepta non obligant ad executionem, statim post peccatum perpetratum, nec præceptum satisfactionis obligabit statim post ipsum datum, nisi daretur ad præseruationem à relapsu: quia tunc statim ac virgeret periculum relabendi implenda esset: iuxta intentionem Confessarij Attamen extra hunc casum, si dilatio executionis meritiò nimia esse censeatur, dici possit ad effectum peccati mortalis casum ante propositum, prout Suarez attingit in cit. sect. 7. nu. 6. Et patere potest ex eo quod talis dilatio sit contra intentionem debitam imperantis satisfactionem ipsam ad Sacramenti integritatem: quæ temere negligi non potest absque notabili irreuerentia Dei: cum is, qui Angelis peccantibus non pepercit, pro nobis hominibus vilibus saluberrimum hoc remedium instituit aduersus futuræ vitæ immanissimam purgatorij supplicia. Quod remedium qui temere negligit, vt in seipsum crudelis, sic in Deum ingratus est, & Sacramento iniurius.

## QVÆSTIO II.

An Pœnitens teneatur satisfactionem sibi impositam implere per seipsum.

Ad hanc in verbo Satisfactio, Angelus & Syluest. vterque num. 3. congruenter doctrinæ Theologorum, quos magno numero commemorat Suarez tomo 4. disput. 38. sect. 9. num. 1. respondent satisfactionem Sacramentalem ad duo institui: & ad solutionem pœnæ pro peccato præterito debite, & ad medicinam pro futuro peccato vitando. Atque ex ea parte, qua ad solutionem instituitur, Pœnitentem posse de voluntate tamen Confessoris sicut paulo post exponetur) illam implere per alterum. De fide enim est quod vnus possit pro altero satisfacere: quando quidem id negans debeat consequenter negare Sanctorum communionem, quam in Symbolo profiteamur. De qua re aduersus nostrum temporis hæreticos agit Sotus in 4. distinct. 19. qu. 2. art. 4. Eaverò ex parte, qua ad medicinam satisfactio instituitur, estque præseruatio à peccatis; non nisi per seipsum à Pœnitente impleri posse: quia medicinam præseruatium sanitatis sumere debet is per seipsum, qui vult effectum illius consequi. Nihil enim (vt Sotus consequenter bene ait) ieiunium aut flagellum vnus prodest alteri ad corporis castigationem, quæ ei necessaria est ad peccatum vitandum: etiam si per accidens oratio & cetera bona opera vnus facta in gratia pos-

sint de congruo mereri alteri gratiæ augmentum (iuxta dicenda in seq. num. 96.) quod est efficax remedium aduersus tentationes, seu peccandi occasiones. Cum ergo satisfactio Sacramentalis soleat potissimum imponi tanquam medicina aduersus peccatum futurum, & ad correctionem Pœnitentis, fit sanè (vt ex D. Thoma Sorus addit, habeturque ex c. Omnis viriusque sexus. De pœnis. & remiss.) quod hic illam per seipsum implere debeat; præsertim cum talis sit rationalis voluntas Confessarij: quam satis indicant ipsius verba dicentis, Recitabis pro pœnitentia tales preces. Tantum dabis in elemosynam. Toties ieiunabis. Atque eam esse communè sententiam notat Suarez. Vnde ille cui ieiunium impositum est, non satisfacit tali præcepto per ieiunium quod nomine ipsius facit aliquis alius.

Attamen si Confessarius aliqua ratione ductus, iudicaret imponendam esse satisfactionem quam Pœnitens aut per seipsum aut per alium persoluat: præsertim ieiunium, vel peregrinationem, vel aliquid eiusmodi; nihil obstat quominus id facere possit: quando quidem communis lex est, vnum pro alio satisfacere posse; vt patet ex vii fori externi. Nec obstat quod in foro interno satisfactio, sicut contritio & confessio, debeat esse actus Pœnitentis: quia satisfactio facta ex petitione alicuius, aliquo modo censetur esse ipsius, vt patet de elemosyna, quam quis pro se dari, obtinet ab alio.

Sicigitur (vt Caiet. in verbo Satisfactio §. posteriore, expressit) satisfactio Sacramentalis persolui potest per alium ad id voluntarium: siue acceptet eam imponi sibi à Confessario, siue à Pœnitente acceptam, in se suscipiat de consensu Confessarij qui imposuit, vel alterius Confessarij qui iuxta dicenda in sequenti cap. possit impositam mutare: ita nimirum vt à iudice fiat mutatio sententiæ quoad personam satisfactricem.

Quamquam, addit ille, possit quoque sub ratihabitione Confessarij in articulo necessitatis siue (prout Angelus & Syluest. loco cit. habent) in casu quo numquam illam in hoc mundo implere potest is, cui iniuncta est. Quod quidem procedit, vt ex Palud. Syluest. subiungit, etiam si ita esset eidem iniuncta, vt præcipere cur illam per seipsum implere: quia sic de intentione imponentis iudicandum est, vt existimetur noluisse Pœnitentem suum, vel obligare ad impossibile, vel ipsum in Purgatorium mittere.

Duo autem, inquit Caietanus, & ante memorati attingunt, exiguntur ad satisfactionem fructuosam vnus pro alio. Alterum est charitatis; intellige cum Soto loco cit. conclus. 2. tam in eo qui satisfacit, quam in eo pro quo fit satisfactio, quia charitas est per quam iuxta Apost. ad Galat. 6. alter alterius onera portat; vnusque opera communicantur alteri, tanquam eum quo reputatur vnus esse in Christo: iuxta illud ad Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra.]

Alterum verò est rationabilis causa: quia maius bonum omittendum non est, nisi aliqua rationabilis causa persuaseat. Maius autem bonum est, quemlibet satisfacere per se, quam per alium: quia hoc tantum est pœnæ solutio: illud verò est, & pœnæ solutio, & sibi ipsi meritum pro vita futura, & medicina pro præsentia. Quæ de causa, vt ex D. Thoma habent locis cit. Syluester & Sotus, etiam si ad hoc vt satisfactio facta pro alio valeat, non exigatur vt is pro quo facta est impotens sit ad satisfaciendum per seipsum: tamen permittendum non est eam per alium fieri, quando nulla appareat iusta causa non faciendi per seipsum: seruandumque est quod in memorato cap. Omnis viriusque sexus præscribitur: vt quisque fidelium iniunctam sibi pœnitentiam, propriis viribus studeat adimplere. Iustæ causæ autem exempla adfert ibidem Syluester. Tum ex Paludano: quando Pœnitens in alijs Deo magis acceptis occupari vult; vt in concionando, vel in gerendo bello contra hostes fidei: aut quando volens magis satisfacere, curat imponi pœnitentiam meliori se, vt ipsa sit efficacior & fructuosior. Tum etiam ex D. Thoma; quando apparet in Pœnitente defectus corporalis, per quem impotens est ad sustinendum illud quod imponi debet: aut apparet spiritalis defectus, ob quem promptus non est ad portandum pœnitentiæ onus.

Addit consequenter idem Syluest. Primò, istud satisfactio-



nis genus non prodesse ei pro quo fit, nisi sit absolute paratus exequi per se id, quod iuste ipsi iniuratum est: quia ad id obligatur per propria verba *cap. Omnis vtriusque sexus*. Secundo addit, eum cuius satisfactionem alter in se suscepit nec implevit, manere obnoxium eidem satisfactioni; ac proinde si ante illam impletam moriatur, non euolare statim in paradisum. Pro qua facta ratio: quia nemo in paradisum ingreditur, nisi sit extra debitum quod contraxit peccando in Deum. Is vero, de quo agimus, manet in debito poenae; cum ad liberationem à tali debito, non sufficiat voluntas satisfaciendi; sed requiratur ut opus ipsum per quod satisfactio fit, praestetur. Quod debent iudicere qui in se susceptas defunctorum satisfactiones differunt: vel qui illa, quae per se implere possunt in satisfactionem pro suis peccatis, differunt post suam mortem peragenda per eos quos instituent heredes.

Tertio addit *idem adhuc num. 5.* satisfaciendum pro alio, mereri quidem pro seipso, non item pro alio (quod proprium est Christi ex D. Thomae sententia recepta, *teste Nauarr. in comm. de indulgentiis notab. 23. num. 5.*) non tamen eadem opera satisfacere pro seipso: quoniam in satisfactione attenditur aequalitas iustitiae, opusque illud iuste impositum in satisfactionem, ita aequatur reatu pro quo imponitur; ut iustitia non patiarur ad alterius compensationem extendi.

Ceterum in hac re commendatum habere debet Confessarius, ut non facile, sed iusta tantum & necessaria de causa satisfactionem per alium implendam imponat; memor quod talis modus nec adeo vltatus sit in Ecclesia, nec multum accommodatus ad huius Sacramenti suum, cui satisfactio ipsa debet per modum medicinae seruire: neque multum consensaneus eiusdem institutioni, quae pro materia illius requiritur actus Poenitentis; nec satisfactio per alium, sit Poenitentis nisi per accidens: nimirum quod ea ex ipsius intentione & petitione exerceatur: prout explicat Suarez in citata *sect. 9. num. 4.*

### QVÆSTIO III.

An Confessarius possit Poenitentem obligare ad satisfactionem impositam, prius implendam quam absoluat.

83. **H**Æ explicanda est distinctio, sicut Suarez explicat, in memorata *distinct. 38. sect. 7. num. 7.* nempe si sermo sit de satisfactione ut est peccati vindicta, Confessarium nihil tale posse per se loquendo; quia nullum ius ad id habet, nec iustam causam: dato quod poenitens satisfactionem impositam acceptet, nullaque detur sufficiens ratio existimandi, quod non sit illam adimpleturus. Cuiusmodi ratio si daretur, oporteret differre absolutionem: perinde ac cum poenitentiam in aliqua priore confessione impositam aliquis inique, ac scilicet omisit. Quamquam ut in hoc casu, sic in illo opus est prudentia, quæ videatur quid ad Dei gloriam & proximi utilitatem magis expediat. Sin autem sermo sit de satisfactione, ut medicinalis est, & necessaria ad exeuendum à statu peccati, ut censetur restitutio damni illati, & euitatio consuetudinis personæ suspectæ: Confessarium cum expedire iudicauerit, negare posse absolutionem Poenitenti, donec talem poenitentiam impleverit. Ratio est: quia tunc potius agitur de condigna dispositione ad remissionem peccatorum, quam de satisfactione pro poena in Purgatorio luenda; neque præceptum, quo talis satisfactio imponi debet à Confessario, tam est inductiuum nouæ obligationis, quam declaratiuum obligationis, cui Poenitens subicitur de se, ut possit moraliter constare de ipsius dispositione, ac sufficienti proposito vitandi peccati in posterum.

### QVÆSTIO IV.

An necesse sit satisfactionem implere in statu gratiæ.

84. **P**RO huius explicatione Suarez in *seq. sect. 8. tria* docet Primum est, quod plenius tractat Abulensis ad *6. cap. D. Mat. quest. 33.* satisfactionem factam in peccato mortali, sufficere ad integritatem Sacramenti poenitentiae, & ad implendam obligationem à Confessario impositam: quia Confessarius tantum præcipit opus, non autem modum: unde fit, ut ad il-

lius, sicut & aliorum præceptorum impletionem, perfectio operis sufficiat, etiam si ipsum fiat extra charitatem: Imo ut idem Suarez addit etiam si ipsum male fiat sitque peccatum ex aliqua circumstantia: ut si ieiunium imponatur & poenitens in quantitate cibi aut potus excedat prandendo. Dummodo enim formam ieiunii seruet, præceptum de ieiunando sibi inpositum implebit secundum illud quod pertinet ad substantiam ieiunii.

Secundum est, satisfactionem impletam in peccato mortali, quam diu is status perseuerat, non fortiri effectum suum remissionis poenae temporalis debitæ peccatis confessis. Ratio est: quia cum talis effectus sit supernaturalis, utpote aliquo modo præparans hominem ad gloriam (nempe remouendo aliquod illius impedimentum, quod est reatus temporalis poenae luendæ post remissum reatum culpæ) non est cur is ipse effectus conferatur alteri, quam ei qui Deum iustis dispositus est ad gloriam adipiscendam: qualis non est inquinatus peccato mortali.

Tertium est, difficultatem magnam esse, An talis satisfactio facta in statu peccati mortali, fortitur effectum ex opere operato, seu ex merito passionis Christi, quando is qui fecit, restitutus fuerit statui diuinæ gratiæ. In eo autem discutendo haerere, non est nostri, sed scholastici instituti. Satis ergo sit monere: partem affirmantem, quæ favorabilior est, non catere probabilitate, ut videre licet apud memoratum auctorem *ibidem num. 5.* alios idem tenentes citantem: ac bene monentem considerandum esse, quod licet opus illud satisfactorium, ut est opus operantis, sit mortuum, nec renouiscere possit & diuinæ gratiæ effectum fortiri: tamen ut est opus Sacramentale, & applicatio meritorum seu satisfactionis Christi, semper esse opus ex se viuum, etiam si ratione subiecti quodammodo mortificatum, non possit in illo diuinæ gratiæ effectum habere secundum præsentem dispositionem. Itaque sicut bona opera per peccatum mortale mortificata renouiscunt, remoto per poenitentiam ipso peccato: ita satisfactio Sacramentalis facta in peccato mortali, ablato eodem peccato, incipit habere suum effectum.

Explicationem quaestionis, An ei qui non implevit satisfactionem à se acceptam, sit officium confiteri peccatum suum omissionis, an vero debeat repetere totam confessionem propter quam imposita fuit, habes in præced. libro 6. num. 167.

Explicationem alterius, An is qui oblitus satisfactionis sibi impositæ petit imponi sibi nouam debeat eadem peccata denovo confiteri, habes in præcedenti num. 42. & 43. huius libri.

## CAPVT VIII.

De mutatione & diminutione satisfactionis acceptata à Poenitente.

### SVMMARIVM.

- 85 Duo modi quibus per interpretationem potest satisfactio relaxari.
- 86 Satisfactio etiam si iuste imposita, & acceptata, mutari aut diminui potest à Confessario iusta de causa.
- 87 Quid in hac re amplius possit Confessarius qui satisfactionem impositam, quam alius.
- 88 Superior Confessarius potest satisfactionem ab eo impositam mutare, aut minuire.
- 89 Potest & Confessario equalis, ac etiam inferior.
- 90 Argumentum in contrarium, cum illius solutio.
- 91 Exceptio casus, in quo Superior sibi reseruet talem mutationem, aut diminutionem: aut poenitentia fuerit imposita ob peccatum reseruatam.
- 92 De satisfactionis relaxatione per indulgentias notanda pro praxi.
- 93 Ad relaxationem iusta satisfactionis sacramentalis, secundum probabiliorum sententiam requiritur iteratio confessionis peccatorum pro quibus imposita fuit.

**Q**Uæ huc pertinent sufficienter ad praxim possunt aliquot propositionibus comprehendendi. Quibus premitendum est, præter mutationem & diminutionem, de qua agimus, faciendam à Confessario, dari ipsius satisfactionis interpretationem, quæ non est actus potestatis Sacerdotalis;